

## IN MEDEAM NOTAE.

V. 4. Mallem μήτ' ἐρετμῶσαι.

II. Legitur vulgo ἀνδάνεσα μὲν Φυγῇ πολι-  
τῶν, ὡς ἀΦίκετο χθόνα, absque ullo seniu. Om-  
nino scribendum πολίτας. Constrūcio est: ἀνδάνεσα  
μὲν πολίτας, ὡν χθόνα ἀΦίκετο Φυγῇ. Id est, ἐν  
τῇ Φυγῇ, seu Φυγαῖς ἔσται. ἀνδάνω cuin quarto ca-  
lū constrūctum adnotatum ad Or. 1633. Diversimo-  
de ab eruditis tentatus hic locus, irrito conamine:  
plerisque fraudi fuit vox Φυγῇ perperam ad ἀνδάνε:  
σα relata, quam verbo ἀΦίκετο iungī debeat. ἀΦί-  
κετο Φυγῇ, vt infra 937. ἐκ γῆς τῆς ἀπάρομεν  
Φυγῇ. (Beckius V. C. legit πολίτας. Notabitur enim  
diuersitas recensionis Beckiana, recentissimae illius  
et optimae.)

14. γίγνεται. Vbicunque in hoc drāmate o-  
ccurrunt verba γίγνομαι & γιγνώσκω, semper cum  
duplici γ scripta sunt, quae procul dubio genuina  
et antiquior scriptura est. Quum fabulam hanc, Phoe-  
nissas et Hippolytum ad membranas Regias confer-  
rem, memini obseruare in iis verba ista vnicō γ fere  
perpetuo scripta esse, ita vt atramento parsisse videa-  
tur librarius, vt ait Eustathius ad Homerum p. 1722.  
vbi ex Heraclide horum verborum orthographiam ad-  
struit. Reuocanda haec vbiique in accurata Tragico-  
rum editione, quod et me plus semel negligisse po-  
nit.

18. Ιάσων. Sic Membr. & Editiones Floren-  
na et Aldina. Recentiorum Ιάσων mendosum est.

21. ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς πίσιν μεγίσην. Ser-  
pturam hanc merito praeferebat amicus Musgrauii,  
quam

quam in membranis nostris reperisset Vir clarissimus, si eas inspexisset. δεξιὰς perspicue exhibent περισπωμένως, absque commate: distinctiones in illo codice satis accurate obseruatae. Eadem mox v. 24. ἀλγηδότι habent, licet ἀλγηδόνι ex iis enotauerit, qui codicem contulit. Hominis illius operas intercedente pretio si conduxit doctissimus Britannus, bona nummoruni parte fraudatus fuit.

37. μή τι Βελεύσῃ νέον. Ianus Lascaris edit. καπὸν, vt procul dubio scriptum reperit in suo codice, sed e glossemate. Vide Markland ad Supplices, 1032.

39. ἔγῳδα, una voce sic scriptum in membr. et excusum in Florent. editione, vt apud nostrum vulgo Phoeniss. 728. & scribendum etiam in Soph. Oed. Col. 453. Vide H. Stephani Tractatum de Orthographia, nobis ad Or. 617. laudatum. δεμάνω τέ νιν. Sic. Membr. et Florent. Editio, non δέ.

40. Vulgo post hunc versum perquam absurde hoc retractus legitur versus 382. quem senel tantum suo loco posuit Poëta. Spurios et manifesto additios versus, ne uncis quidem inclusos, textus noster exhibebit, quem ita emendatum esse cupimus, vt sani iudicij lectorem perpaucā in eo morentur aut offendant. Tales ineptias, satis erit in notis monuisse, ceteras editiones hucusque retinuisse.

56. οἱ eliditur in μοὶ, σοὶ, τοὶ. Soph. Trachin. 736.

ὦ μῆτερ, ὡς ἀν ἐν τριῶν τ' ἐν εἰλόμην.  
id est σοὶ — ibid. 1203.

εἴ δὲ μή, μενῶ σ' ἔγω,  
Καϊνέρθεν ὦν, ἀραιὸς εἰσαὶ βαρύς.  
Noster, Androm. 427. Iphig. A. 819.

Μυριδόνας ἵσχων, οἱ, μ' αἵ προσκείμενοι,  
λέγεσθε. Αχιλλεῦ, τί μένομεν;  
Plura exempla proferre in re certissima inutile est, quam in dubium vocauisse miror Marklandum ad Suppl. 327. & 786. & ad Iphig. A. 491. vbi eadem, quae hic, constructio. Exemplum e Sophocle citauit ad Leo-

Leonidae Tar. Epigr. LVIII. At etsi in hoc versu  
μοι ὑπῆλθε sit, in sequenti tamen scribere potuit  
Poeta μολέστον δεῦρο, quod, Musgrauio e duobus  
codicibus enotatum, genuinum esse reor. Vide  
quae notauit ad Prom. 217. Vulgatam tamen, quam  
exhibent membr. et Lascaris, retinui.

59. ζηλῶ σε. Formulam *negandi* bene ominaram  
illustrat Valkenarius ad Phoeniss. 406. vbi tamen εὐ<sup>τ</sup>  
πρόστε non eo sensu, quo doctissimus enarrator,  
ceperim. Quin cum eo sentiam, facit sequens par-  
ticula δέ, pro γὰρ ibi posita. Eam ille abesse mallet,  
quam suae interpretationi non fauere animaduertit.

66. οὐ δοκῶν κλέψει. *Simulans me non audire.*  
De hac potestate verbi δοκεῖν vide Valkenarium ad  
Hippol. 462. Aeschyl. Prom. 385.

κέρδισον εὖ Φρονεύντα μὴ δουεῖν Φρονεῖν.  
*Vtilissimum est recte sapientem se sapere dissimulare.*

80. Καὶ σίγα λογον. Sic membr. et Floren-  
tina editio. In Aldina λόγος.

86. Hic versus nec emendatione, nec explica-  
tione indigere mihi videtur, sed litura: sputius est et  
addititus. Siue Euripidis sit ex alio dramate, siue  
alius auctoris, in textum illatus est ex ora libri, cui  
adlitus fuerat a diligenti quodam Poetarum lectore,  
qui mos erat illius aevi, quo scripti sunt vetustissimi  
qui nunc extant codices. Profecto absque eo versu  
optime procedit sententia.

ἄρτι γιγνώσκεις τόδε,

ώς πᾶς τις αὐτὸν τὴν πέλας μᾶλλον Φιλεῖ,  
εἰ τέσδε γ' εὐηῆς ἔνεκ' εἰ σέργει πατήει;  
εἰ hic est pro ἐπεί. ἄρτι, ἐπεὶ τὴν τὴν νέαν γάμος ἡδε-  
νὴν πατήει μᾶλλον τῶν παιδῶν σέργει, γιγνώσκεις  
τόδε, ως πᾶς τις — quasi diceret: *An, ut hoc de-*  
*mum intelligeres, unumquemque seipsum magis quam*  
*propinquum diligere, necesse erat, ut Iasonem videres*  
*liberis suis voluptatem noui coniugii praeferentem?* Huc  
forte respexit Terentius in Andria II. 5.

„Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet,  
„omnes sibi melius esse, quam alteri.“

88. δωμάτων ἔτω. Sic membr. et Lascaris. In Aldina minus bene εἰσω. Vide notata ad Prom. 478. et S. Th. 234.

89. σὺ δ' — Sic Florent. editio, recte. Aldus σύ δ' —

92. τοῖςδ' cum ταυριένη iungendum, non cum δραστείσαν. Infra 191. ἀποταυρέται δμωσίν.

105. δῆλον δ' ἀρχῆς ἐξαιρόμενον. Codicum et Florent. editionis lectionem, Aldina non paulo concinniorem, reuocauit. Quoad sensum perinde est, scribas ἐξ ἀρχῆς αἰρέμενον, an ἀρχῆς ἐξαιρόμενον. Sed quoad anapaestici versus structuram multum intereft.

110. Basis est anapaestica. Vulgo ἀ̄ bis tantum, pro quo ē in meibranis quater positum. Has interiectiones pro libitu commutarunt librarii. In Hippol. 209. vbi editiones ē s̄ praferunt, membr. ᾱ ᾱ exhibit. Eadem diuersitas obſeruata in Androm. 1185. vbi melius scriptum fuisset ᾱ ᾱ, ω πω̄, recifis duabus voculis ē ē, vt monometer effet ana- paesticus.

122. τὸ δ' ἀ̄ εἰδίσθαι. Sic omnino legendum, non, vt vulgo, τὸ γάρ. Particulam aduersatiuam dē sensus requirit. In membr. voculae γάρ superscripta glossa, ἀντὶ τὲ δέ. Sed nunquam γάρ significationem particulae dē induit. Rursus exploratum est, multis in locis γάρ pro γ' ἀ̄, vel δ' ἀ̄, librariorum culpa legi. In Soph. Philoct. 161. legendum πὲ δ' ἀ̄ ὁ τλήμων αὐτὶς ἀπεσιν; in Oed. Col. 985. ἀλλ' ἐν γ' ἀ̄ ἐν ἔξοιδα. Utrobique vulgo γάρ legitur. In El. 930. vereor vt γάρ rectum sit. Mallem sane τὲ δ' ἀ̄ ἀνθρώπων ποτ' ἦν; Mex v. 125. non minus certa emendatione scripsi ὀχυρῶς γ' εἴη, si non magnifice, ruto saltem: vim suam γε ibi exferente, et minime otiolo. Vulgo legitur ὀχυρῶς τ' εἴη. γε, τε, δὲ millies commutata, in quibus quid sensus et ratio linguae poscant, absque codicū respectu, dispiciendum.

125. (Commata deleuit Beckius)

128. τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' εἰδέναι καιρὸν δύναται  
θνητοῖς. Perperam haec vulgo accipiuntur. Subsudatur verbum παρέχειν, aut simile quid, καιρὸν non tempus, sed opportunitatem significat. Exaggerata quidem sententia; sed is est, quem dico, Graecorum sensus. Doricas formas in impressis receptas non agnoscunt membranae in his anapaeстis.

140. (Pro λέπται τυρ. Beck. l. δῶμα τυρ.)

145. (Beck: τί δέ μοι ζ.)

157. τι σοι ποτὲ τᾶς ἀπλάζε. Sic membr. recte. Lascaris, τις σοι ποτέ — τι & τις saepe commutari obseruatum ad S. Th. 299.

157. κείνω λίαν μὴ χαράσσε. Vulgo, reclamante metro et prauo sensu, κείνω τόδε μὴ χαράσσε. In membr. negotio omissa, et verbo adscripta interpretatio, λογίζε. Neutiquam flagitare potest Chorus, vt Medea marito non irascatur, sed ne nimis succenseat, suadet, μὴ λίαν χαράσσε, vt infra, μὴ λίαν τάνε. μῆδ' οἰς ἔχθραις ὑπεράχθεο, vt ait Chorus ad Electram apud Soph. 177. Mox optima est scriptura, Zeus σοι τόδε συδικάτει, quae né mutetur, metrum obstat. συνδικήσει, quod suadet Musgrauius, & membr. exhibent, non admittit versus, qui dimeter est anapaeстicus brachycatal. δικάζω, ἐνδικάζω, συνδικάζω vlciscendi etiam notionē usurpantur. Soph. Oed. T. 1214. δικάζει τὸν ἄγαμον γάμον πάλαι τεκνεύτα καὶ τεκνεύεντα. Vbi recte exponas vlciscitur. Noster El. 1101.

εἰ δ' αμείψεται

Φόνον δικάζων Φόνος, ἀποκτενώσ' ἔγω.  
Suppl. 156. et 1221. vbi Minerva sic ait:

παισὶ δ' Αργείων λέγω,

πορφῆσεθ' ήβήσαντες Ιερυνθόντοι,

πατέρων θανέντων ἐνδικάζοντες Φόνον.

vlciscenses caedem. Hic sensus est: in vlciscenda hac iniuria Iupiter ipse tibi feret opem. τόδε praestans membr. et Florent. editio, in qua συνδικάτει. V. 160. συνήταν ob metrum, non εὐστάτω scribendum.

172. ἐν τινὶ μηρῷ. Sic membr. & Lascaris,

Vulgatum quidem συμφωνοῦ in metrum non peccat, sed versum minus concinnum facit.

179. Sagaciter coniecit Vir excellentis ingenii, cui plurimas in Euripidem emendationes praefantissimas, et elegantem de Babrii fabularum reliquis dissertationem debemus, Th. Tyrwhitt, nutricis personam, quae vulgo huic versui praefigitur, delendam esse. Abest a membr. in quibus μή μοι minus bene scriptum.

184. σπεῦσαι, festina. Sic bene membranae.

216. οὐλῆδ' ἀπέραντον. Retinenda omnino haec codicum et editionum lectio. Glossa in membr. τὴν δυσχερῆ πρὸς τὸ περᾶσθαι, vere, de Bosporo Thracio. Lepidus est Heathius textum ex interpretum versionibus constituens. Supra νύχιον valet δυτικὴν, occidentale mare, respectu Colchidis. Sic exponitur etiam illa vox in Persis 948.

218. οἴδα γάρ πολλὰς βροτῶν — Aliquid in his υπελογίαι. Musgrauii non amplector emendationem, quae prioribus doctissimi Viri cogitationibus praefantior non est. Heathio nemo melius locum hunc tractauit, cuius tamen explicatio non usque-  
quaque mihi satisfacit. Statuitur oppositio inter eos, qui factis gloriam consequuntur, et eos qui ob desidiam contemnuntur. In priori membro distingui iterum & sibi inuicem opponi debere nemo non fentit, τὰς μὲν δύματων ἄπο, & τὰς δ' ἐν Θυραιοῖς. Sed quænam sit & in quo consistat illa oppositio, id non adeo perspicuum est. Si τὰς δύματων ἄπο cum Heathio vertas, procul ab oculis hominum remotos et abditos, id est, ut opinor, domi latentes, nulla iam inter istos, & alterius membra desides, oppositio. Quovis eutem modo vertas, vix aliqua oppositio erit inter istos a conspectu remotos, et τὰς ἐν Θυραιοῖς. Si quis enim a conspectu meo se prorsus submovit, quid mea interest domine ille lateat, an centum a me millibus absit? & qui ἐν Θυραιοῖς est, is etiam est ἄπο δύματων. Mendam in praepositione latere manifestum est, nec dubito quin scribi de-

debeat ὁμιλάτων ἐπὶ, qua ratione omnia plana et perspicua sunt. Qui, florente Atheniensium statu, ad publica se conferebant negotia, eorum hominum duplex erat genus. Alii, ut erant demagogi plerique, forum, vbi plurimum eloquio et audacia valebant, non deserebant, & semper *in ciuium conspectu*, ὁμιλάτων ἐπὶ, degebant: alii, manu quam lingua promptiores, classibus exercitibusque praerant, *procu* ab urbe, ἐν Θρησκίαις, rem gerentes. Vtrisque merito opponuntur, qui, forensibus et castrisibus artibus posthabitis, sibi ipsis viuebant, nihil praeter suum negotium agentes, et in publicum quam minime prodibant. Eiusmodi homines, licet omnium saepe sapientissimi, in republica vulgo contemni solebant, et ut inertes traducebantur. Cur? quia διῆν ἐν ἔνεσιν ὁ Φθαληροῦ Βροτῶν. — Hic est loci sensus, & orationis nexus. ἐπὶ cum geniuo *coram* significat; ἐπὶ πολλῶν, *coram multis*: ἐπ̄ ὁμιλάτων, *in conspectu*. ἐπὶ et ἀπὸ, praesertim in fine versus, facile commutari potuerunt. In membr. scriptum ὁμιλάτων τὸ ἀπό.

231. Vulgo legitur πάντα γιγνώσκειν καλῶς. Alii aliter emendant: scribo καλά. In quo situm erant ut bona omnia experirer. ἐν ὧ πᾶστ' ἔγωγ' ἔσωζόμην ut ait Tecmessa apud Sophoclem, Aj. 519.

237. In membr. κακὴ γὰρ τὴτ' ἀλγίου κακὸν omisso vocula ἔτ', quam subministrat Florent. editio, in qua male τὰδ'. Placet mihi lectio prae vulgata τὰτο γέ ἀλγίου.

249. πρὸς Φίλον τιν'. Sic membr. & Lascaris. Vulgo Φίλων.

255. ωὐτὸς. In membr. αὐτὸς et superscripta glosfa ὁ. Olim in textum erat ωὐτὸς et glossa ὁ αὐτός. Formam hanc Atticam saepe oblitteratam fuisse iam alii monuerunt.

260. ἔχι συγγενῆ. Sic membr. & Lascaris. Vulgo minus bene ἔδει.

270. δράσω τὰδ'. Id est, στρήσομαι, ut 926. *Sag.*

Θαρσήσω: 1018. εἰσώ. Membr. et Lascaris perpe-  
ram δέσσον.

283. Membr. et Lascaris, εἰρήσομαι. In illis  
praeterea, καὶ ιανᾶς λεγατὸς ὅμως. In alio forte  
codice πάστερ reperietur. Sed quouscunquam praeoptato,  
nihil in istis video praeter verba, quibus completur  
versus. In Or. 679. Chorus ait:

ιάγω σ' ἴνεμαι, καὶ γυνὴ περ ἔσ' ὅμως.  
Hic vellem:

ἔρήσομαι δὲ, καὶ ξένη περ ἔσ' ὅμος.

Peregrinae non idem ius erat, quod ciui, non ea-  
dem loquendi libertas.

285. ἐδὲν δεῖ παραμπέχειν λόγας. Optima  
haec membr. et Florent. codicis lectio non adnotari  
solum, sed in textum recipi debebat, amoto men-  
doso περιαμπίσχειν. Aeschyl. Prom. 521.

ἢ πα τι σεμνόν ἔσιν, ὁ ξυναμπέχεις;  
vbi exponitur ἐπικρύπτεις. Hic autem in membr.  
adscripta glossa, ἀποκρύπτειν.

288. σοφή. Quinque ad minimum in hoc  
dramate vox illa occurrit; nullibi σοφὸς de foemina;  
quod tamen magis Atticum esse aiunt. In Sup-  
plic. 41.

πάντα γὰρ δι' ἀρσένων

γυναιξὶ πράσσειν εἰκός, αἵτινες σοφαῖ.

Sic in duobus codicibus legitur, praeterea in Stobaei  
codice Ms. ut hic v. 387. σοφοὶ tamen retinuerunt  
editores, ob istum, quem dicebam, Atticismum,  
qui forte in quibusdam oīm obtinuit vocibus, in  
aliis vñlū non admissis, anciipiū admodum hodie dis-  
criamine. σοφὴ occursit etiam Androm. 244. Or.  
215. Hippol. 521. 644. 647. et alibi apud Euripi-  
dem saepissime.

290. χόλω δ' ἀπειλεῖς. Musgrauius edidit  
κλύω δ' ἀπειλεῖν σ' — Membranae, κλύω δ' ἀπει-  
λεῖν. Vero proprius Lascaris, cui tres adstipulantur  
codices; κλύω δ' ἀπειλεῖς. Postremum hoc recepi.  
Sed κλύω corruptum esse pronuncio, in quo inep-  
tissi.

tissima ταυτολογία est. καύω, ὡς ἀπαγγελλούσι  
μοι. infra 595. — — — ητις εδὲ νῦν

τολμᾶς μεθένται παρδίας μέγαν χόλον.

(Beckius Musgrauium sequitur.)

293. (Beck. n. δέ μοι v.)

299. Vulgo legitur: χωρὶς γὰρ ἀλλῆς οὐ ἔχειν ἄργιας, quod, ut planum et perspicuum, siccō pede transgreduntur interpres. At ego nec intellico, nec aliis intellectum fuisse credo. Ratio, cur homo quilibet sapiens cauere debeat, ne libros suos philosophiae magistris erudiendos tradat, ea est, quia malum inde consecuturi sint. Est autem illud malum, Φθόνος πρὸς ἄσων δυσμενής. Sed otium, ἄργια, nemini, nedum sapienti, malum est. Praeterea quid significat χωρὶς ἀλλῆς ἄργιας? Prout haec vulgo accipiuntur, aliud, quam ἀλλῆς, posceret sententia: πολλῆς, aut potius contemptus aliquod epitheton. Sed haec corrupta est lectio. Veram et optimam ex membranis reposui, Musgrauio ne quidem obseruatam, χωρὶς γὰρ ἀλλῆς. Ordo est: δυσμενή γὰρ πρὸς ἄσων αἱ φάνεστι Φθόνον τὴς ἄργιας, ήν ἔχειν, χωρεῖσθεταις ἀλλῆς. Sunt isti studiis dediti iidem, qui supra ἀφήνουσι ποδὸς δύσπιλειαν ἐπιτήσαντο καὶ ἔσθυμιαν. χωρὶς εἶναι ἀλλῆς dicuntur, quia a bello & forensibus contentionibus abstinent. ἀλλὴ, ut αἰχμὴ, pugnam, bellum, significat. Aesch. S. Th. 500. Βανχᾶ πρὸς ἀλλήν: i. e. πρὸς μάχην, πρὸς πόλεμον, ut recte exponit glossa. Supra 267. γυνὴ Φόβε πλέκ, κακὴ τὸ ἐστιν ἀλλήν. Soph. Philoct. 1307. παντὶς ὅντας πρὸς αἰχμὴν

304. λυπρὸς ἐν πόλει Φανῇ. Sic membr. et Lascaris.

307. τοῖσδ' αὖ. Sic membr. et Lascaris. Cetera ut vulgo habeant.

315. τάνδε δὲ Χθόνα. Sic membr. et Lascaris. Male vulgo τὴν δὲ δῆ —

316. ήδικημένοις et νικώμενοι, ad Medeam relata participia, in masculino genere posita sunt, more Poetis nostris familiari, nescio an dicam perpetuo.

Vbi

Vbi mulierem de se loquentem inducunt plurali numero, adiectiuum aut participium masculino genere semper ponunt. Vide Nostri Androm. 355. seqq. 888. Hec. 237. Soph. Antig. 925. Neophronis fragmentum infra prolatum, v. 8. Sicubi in illa constructione participium sequiori genere occurrit, id editorum culpae tribuendum. In Soph. El. 399. editiones ex Triclinio-Turnebiana expressae habent:

*πεσέμεθ', εἰ χρή, πατέρι τιμωρέμενοι.*

At nos tribus codicibus et primariis editionibus obsecuti bene edidimus *τιμωρέμενοι*. In Nostri Hippolyto, vbi vulgo v. 350. legitur:

*ἥμεις ἀν εἴμεν θατέρω πεχηρημένοι,*  
membranae Regiae praferunt *πεχηρημένοι*, quod, ob constantem usum, recipi debere censeo.

323. *μὴ λόγες πλέκε.* Vulgo λέγε. Certissimam Valckenarii emendationem, prolatam ad Phoeniss. 947. quam sua satis commendat elegantia, recepi. Confer Aesch. Prom. V. 615. seq. vt et v. 746. *ἄφερε* praestant membranae et Florent. editio. Vide notata ad Androm 254. et Or. 1331. Doricam formam non dubito quin praferant codd. etiam in Heracl. 399.

*καὶ τάμα μέντοι πάντ' ἄφερες ηδη καλῶς.*  
In Hippol. 1101. e membranis nostris merito eam recepit Valckenarius:

*ἀφερευ, ως ἔσουεν· ὡς τάλαις ἐγώ.*

In aliis etiam praeteritis mediis Dorismum frequentant Tragici, ut λέλανα pro λέληνa. Hippol. 55.

*κάνως λέλανεν Αρτεμιν τιμῶν θεάν.*

425. Membr et Lascaris, *ὅπως μέντος*. Perperam. Aldus recte *μενεῖς*. Attici *ὅπως* cum futuro indicativi construunt. Vide notata ad Prom. 155. Inde v. 1100. vulgatam scripturam *ὅπως θρέψωσι* emendaui, futurum indicativi reponens, quo modo verbum alterum in seq. versu adhibetur:

— *ὅπως θρέψωσι καλῶς,*

*βίοτόν δ' ὅπόθεν λείψωσι τέλονος.*

326. *μὴ, πρὸς σὲ γονάτων —* Elliptica est loquendi forma, Poetis nostris valde usitata. Subauditur

ditur ἴνετεύω, λίσπομα, ἄντομα, ινυζμα, aut  
aliud simile verbum. Vide infra 710, 852. Hippol.

313. Androm. 886.

— πρὸς σὲ τῶνδε γενάτων

οὐτειρον ἡμᾶς — — Phoeniss. 934.

ω πρὸς σὲ γονάτων, καὶ τριχὸς γερασμίν.

Exempla passim obvia. In Soph. Trach. 436. e co-  
dice scribendum:

μή, πρὸς σὲ τῷ πατέρῳ Οἴταιον νάπος

Διός παταστράπτοντος, ἐκκλέψης λόγου.

id est: λίσπομα σὲ πρὸς Διός, μὴ κλέψης λόγου.  
Perperam ibi vulgo legitur μὴ πρὸς σὺ

331. Φίλαταν πόλις. Sic membr. et Lascaris.

335. ἔργον, ω ματαία. Sic libri omnes: nec  
ideo ἔργον reponendum, quia hoc infra extat v. 1346.  
Diuerter enim sunt loquentium affectus. Verbo ἔργον glossa  
in membr. adposita exponit ἀπιθα. Prouidus est Creon,  
non iratus. Illi satis est Medeam abire iussisse. Al-  
tero in loco ira aestuat Iason, cui conuenit dicere:

ἔργον, αἰσχροποιέ καὶ τέκνων μισθόνε.

336. πόνος μέν· ἡμεῖς δ' εἰ πόνων μεχεμεῖα;  
Sic sagaciter et ingeniole emendat Musgrauius. Foe-  
de corrupta est vulgata lectio, e qua nihil boni sen-  
sus elici potest. Melius hunc versum restituere ten-  
tantem frustabitur conatus. Cur autem isto, nec  
alio, modo Poetam scripsisse credam, facit recorda-  
tio similis in Oreste eodem schemate expressae sen-  
tentiae v. 1639. ubi Menelaum dicentem, ω τλῆ-  
μον Ελένη, interpellat Orestes, τάμα δ' εχι τλῆ-  
μονα; (Beck: πόνοι μεν.)

337. ωσθήση. Sic membranae, recte.

370. τόνδε θωπεῦσοι ποτ' ἄν. Musgrauius  
edidit ποτέ. Sicubi particula ἄν geminari aut po-  
tuit aut debuit, id in hoc versu factum oportuit, ad  
vitandum hiatum. Optimam editionum Florentinæ  
et Aldinae lectionem retinemus. Mirum non est si  
in membranis ποτὲ legitur: nam ne prius quidem  
ἄν in iis comparet; utrumque, claudicante versu,  
librarii culpa omissum. Vide notata ad Or. 381.

401. σΦι. Sic membranae. Vulgo σΦιν. Prius occurrit apud Soph. Oed. Col. 421.

416. ἄραξε. Sic membranae.

434. οἵων πατρώων. Sic membr. et Lascaris. Praepotesta circa metrum sollicitudo lectionem hanc immutasse videtur. πατρώων median corripit, ut ex his Euripidis anapæstis liquet:

El. 1324. ἡ γῆς πατρῷας ὅρον ἐκλείπειν.

1332. δια γὰρ ζευγνῦσ' ἡμᾶς πατρώων.

Troad. 164. ναυσθλωσεσιν πατρώας ἀπό γῆς.

Ceterum πάτριος et πατρώος promiscue usurpari docet Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 384. quod et confirmant e Poetis nostris exempla. Soph. Oed. T. 1394.

὾ Πόλυθε, καὶ Κόρηνθε, καὶ τὰ ΠΑΤΡΙΑ λόγῳ παλαιὰ δώματ' — pro πατρῷα, dominus paterna.

Trach. 466.

καὶ γῆν ΠΑΤΡΩΙΑΝ ἔχ ἐνέστι δύσμορος επερσε καδέλωσεν — pro πατρίαν. Sic etiam in propinquo versu:

καθηρέθη ΠΑΤΡΩΙΟΣ Οἰχαλία δορί.

Philoct. 398. in Neoptolemum Ατρειδῶν ὑθρίς πᾶσ' ἔχωρε, στε τὰ ΠΑΤΡΙΑ τεύχει παρεδίδοσαν pro πατρῷα, vel πατριά.

436. ὁρίσασα. Glossa in membr. διελθέσα. Significandi rationem non male exponit Scholia festes, Confer v. 1263. ubi λιπῆσα eodem prorsus sensu positum, quo hic ὁρίσασα. Recte Musgrauius etiam interpretatur περάσασα: verbo ἐκπεράννη vtitur Noster in hac ipsa re, Androm. 788. Sed parum hoc faciunt exempla a Viro doctissimo adlata, praeter hoc Nostrī in Heraclid.

ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἔξοργίσυτες πόλιν.

Alienum omnino est, quod petit ex Ammiani Epigr. XIV. εἰς παροριστὴν.

437. Quod in Oxoniensi editione legitur, ἐπὶ δὲ ξένῳ ναύτῃ χθονὶ, turpis menda est, quam, postquam primum nescio in qua officina inventa fuit, nul-

nullus subsequentium editorum exemit; bene Lascaris et Aldus ediderant. ζένα.

445. Vulgo σοι δ' ἔτε.

448. (Beck. post τῶνδε colon ponit, et pro ἐπεί<sup>θ</sup>  
β. retinet vulg. ἀλλὰ.)

451. ἀμήχανον καπόν. Stobaeus tit. de Ira, ἀ-  
μήχανον Φέρειν.

464. τοσούδε. Sic membranae, non τοσὸν δὲ,  
quod ex iis in Musgrauiana collatione enotatum.  
(Beck. τὸ σὸν γε π.)

470. Parum mihi placet hic versus, quem pro-  
fecto abesse mallem. Suspicio orae codicis adscrip-  
tam fuisse gnomen:

γλώσση μεγίσον εἰς ἀγανθείαν καπόν.

In Sophoclis Aiasc Vlyssi Teucer ait:

ἀρις' Οδυσσεῦ, πάντ' ἔχω σ' ἐπανέσαι

λόγοισι. — Non absumilis loquendi forma  
videri possit τέτο γάρ σ' εἰπεῖν ἔχω γλώσση. Sed  
elegans est ἐπανέσαι λόγοις: inficetum, λέγειν  
γλώσση. (Beck. post ἔχω v. 469. ponit comma.)

471. Post hunc versum vulgo legitur repetitus et  
e sede sua hoc retractus versus 1324.

477. Hoc etiam imitatus esse videtur Teren-  
tius Andr. vbi Charinus ait: Arque aliquis dicat, nihil  
promoueris. Mulrum. Molestus certe ei fuerit, arque  
animu morem gessero.

478. (Beck. ἐν τῷ δὲ πρ.)

482. ζεύγλησι. Sic edidit Aldus. Lascaris  
eui consentiunt membr. ζεύγλησι. Vide notata ad  
Or. 55. Aesch. Prom. 355. 365. 463. Persis 187.  
Soph. El. 1141. et alibi passim vbi recepta haec for-  
ma. Confer Marklandum in Musgrauii notis ad  
Hippol. 1450.

507. καλῶν τὸν ἄν. Id est τοι, profecta.  
Sic membranae. Hinc depravata Florent. editionis  
lectio καλῶς ταῦν. (Beck: καλῶς γ' ἄν ἄν.)

510. (Beck. ὡς δέ μ.).

519. ὡς κιβδηλος ἡ. Subauditur ἄν. Male in  
Sto-

Stobaeo legitur, ὃς κιβδηλος ἦν. Sententiam carmine sic expressit Grotius, Floril. p. 10.

Deus, quid hoc est! si fides auri fuit  
suspecta, sunt, te dante, quae cernant  
notae;

iustos iniquis signa quae discriminent,  
nulla inuenire est corpore in mortalium.

525. ως ἔοις praeter membranas praestant editiones Florent. et Aldina. ἔοια in Oxoniensi membranum typographicum esse videtur,

526. Mutuatus hic versus ex Aeschylo S. Th. 62.

532. Si in hoc versu cum Musgrauio scribatur σὲ δ', in sequenti scribendum erit ως Ερως ἡνάγκασε. Sed nihil mutandum. Vnica amplectenda est postrema Scholiastrarum expositio: καὶ σὺ μὲν συνοφρέ, ἀτε δὴ λεπτὸν καὶ ὅξὺν ἐχεστα τὸν νῦν, ὅτι ή ΑΦροδίτη με ἐσώσεν. Scribendum autem Ερως maiuscula litera. Deus enim Cupido hic notatur, et τόξοις ἀφύκτοις cum ἡνάγκασε iungendum. Videri possit unus e Scholiastris sic versum legisse,

πόνων ἀφύκτων τέμον ἐνσῶσαι δέμας,  
quod et Aldus expressit. Sed multo deterior est illa lectio. Florentinae editioni concinunt membranae.

548. (Beck: τ. μὲν σοι τῶν)

553. Minus bene membranae ἔχ' ἡσύχως. Vulgatum exhibent in Hippol. 1323.

558. ἔχθαιρων, vt infra 698. sic praeter Florent. codicem membranae etiam.

565. παιδας δε — sic recte membr. et Lascaris. Istud δε refertur ad τὸ μὲν μέγισον v. 562.

567. ξυναρτήσας praestant membranae: in Florentin. editione ξυναντήσας.

568. Distinctionem mutavi, aliumque indicavi sensum, τι indefinite accipiendo, quod iuxta vulgatam scripturam interrogatiuum est: σοι τε γὰρ παιδῶν τι δε; ἐμοι τε λύει — in quibus aut nullus aut praus sensus est, nec apte cohaerentia membra. Sic enim in priori scripto, in altero deberet esse ἐμοι δε λύει. Sensus est: et tua interest liberos mibi

ex

*ex noua nupta nasci, et mibi conductit — Vulgo ver-  
tunt: tibi enim ecquid opus est liberis? quod absurdum est. An vsquam more receptum fuit, vt ma-  
ritus nouas nuptias quaerere posset, quia legitimae  
uxori vtile non esset liberorum augeri numerum?  
Scribere etiam poterat, τοι τε γάρ, πᾶσιν τε τοῖς,  
έμοι τε λύει. Sed alterum praefat.*

578. χ' ἔτως ἀν — Sic membr. et Lascaris.  
Vulgo ἔτω δ' ἀν.

588. Vulgo legitur ἐν γάρ ἐν ιτενεῖ σ' ἔπος.  
Membr. et Lascaris, ἐν γάρ οὐτενεῖ, male pro οὐτε-  
νεῖ, quod reposuimus.

591. παλῶς γ' ἀν ἐν σὺ τῷδ' — Sic optimae  
membranae.

596. (Beck. vnu)

601. λυπρὸς εὐδαιμόνιον βίος. Sic etiam legitur  
in Skobaei cod. Ms. πικρὸς praelulit Grotius Floril.  
p. 377. Nostrum genuinum esse liquet ex Iasonis re-  
sponso, ubi eadem vox repetita.

620. μῆδ' ήμιν. Sic membr. et Lascaris.

625. ἀλγυνεῖ. Sic, teste Valckenario ad Phoeniss.  
576. Florentinus cod. Vulgo ἀλγυνῆ.

659. δενότατα, quod metrum requirit, praef-  
stant membr. Eaedem v. seq. πάρεστι, et mox ἀνο-  
χαγτα. Vide notata ad Prom. 217.

660. (Beck: παρέστι.)

677. Θέμις μὲν ήμᾶς. Sic membr. et Lascaris.

679. λεξον, εἰ θέμις ηλύειν. Vertunt: *dicio,*  
*SI fas est audire.* Perperam. εἰ hic dubitantis esse  
nequit, vt liquet e verbu praecedenti: valet itaque  
ἐπει, quandoquidem.

(687. v. ad v. 769.)

697. προτὲ, una voce. Sic membr. Lascaris  
et Aldus.

700. ἵτω. Glossa, ἐξέτω. Sine accentu νυν  
excudi debuit. Metri in hac voce et similibus ratio-  
nem non habuerunt Oxonienses operaes.

706. πανὸν ἀγγέλλεις κανόν. Sic membr. Vul-  
go πανὸν αὐτόν. (Retinet vulg. Beckius.)

707. Φυγάδων ἡγετός Κορινθίας. Sic membranae et Lascaris.

711. ινεσία τε. Sic praeter Florent. codicem membranae etiam Regiae. Vulgo δέ. Neutrum habet Florent. editio, claudicante versu.

722. ὥν μὲν ἐπαγγέλλῃ γονεῖς. Id est, μοι. Vide notata ad v. 56. Sic autem membr. et Lascaris, quod Musgravio praetermissum, optimum tamen est, et omnino recipi debebat.

737. & μεθεῖ' ἄγ. Sic optime Lascaris edidit. Ceterae omnes, quae ex aliis libris adnotantur, corruptae sunt lectiones. μεθεῖς pro μεθεῖν graecum non est. Syncopen istius formae optatiui non patiuntur, nisi in personis pluralibus, quod pueris notum, qui nondum aere lavantur. Qui autem in magistri verba iurarunt, contendent forte, nostram lectionem ad Atticam loquendi normam directam non esse, quia R. Daues, a multis hinc in rem laudatus, Miscell. Crit. p. 238. statuit actiuum μεθεῖν cum quarto, passiuum μεθεῖναι semper cum secundo casu construi. Sed partim vera, partim falsa haec regula. Actiuum μεθεῖναι nullum alium casum quam accusativum adsciscit; sed μεθεῖναι accusatio et genitivo gaudet, prout aut passiu significat, aut actiue, a μεθεῖνai forma tantum differens. Hic μεθεῖo formae mediae est et actiue significat. In Phoeniss. 529. ἔκεινος δὲ ἐξ ἑκαὶ μεθησουμαι praestant etiam optimae membranae nec, quia ἔκεινος metrum admittit, illud reponendum. In Soph. El. 1277. codices, quoquot vidi, omnes habent: μή μὲν ἀποστρεφῆται τῶν σῶν προσώπων ἤδοναν μεθεῖσθαι.

740. καὶ πιπηρυκεύμασι τὸν γάρ πιθοῖο. Hanc omnitudo scripturarum, affirmatiuam saltem, agitat sententia, recte a Musgrave expoleta, cui repugnat vulgata lectio τὸν γάρ πιθοῖο. Doctus Britannus reportat ὅτι, cuius Homerici aduerbi in senario Tragico adhuc exempla proferri debuerant.

742. πολλὴν ἐδείχας. Vulgo ἐλεξας optima est Valckenarii emendatio, quem vide ad Phoeniss. 351.

759. πράξας ἀ μέλλω, postquam confecero ea quae meditor. Vide Musgravium ad Or. 1188. Mox membr. τυχῆσ' ἦν βέλουμα. Vulgatum prae-  
stat. Vide quae notauimus ad Or. 686. Antig. 778.  
Oed. Col. 1106.

αἰτεῖς ἀ τεύχη. ξὺν πόθῳ γὰρ οὐ κάρει.

Philoct. 509.

ἀθλ', ὅστι μηδεὶς ἐμῶν τύχοι Φίλων.  
Noster Phoeniss. 522. τυχεῖν ἀ χειρεῖ.

769. έτος γὰρ ἀνήρ. Sic membr. et Lascaris,  
recte. Vulgatum ὡ'νης forte est Aldi emendatio,  
qui tamen vix ignorare potuit primā in ἀνήρ an-  
cipitem esse. Vide Valckenarium ad Phoeniss. 1650.  
(Sed v. Brunckium ad Soph. Oed. Col. 1486. vbi  
sit: Optime in Eurip. Medea 769. Aldus ediderat  
οὗτος γὰρ ὡ'νης, quod retinere debebam, ut et  
eiusdem dramatis v. 687. edere. Beck. vulg. re-  
tinet.)

778. Post hunc versum vulgo legitur:

γάμεις τυχέννων, ζει, προδέσις ἡμῶν, ἔχει.  
qui manifesto spurius et institutus est. Deest in  
Florent. codice, teste Valckenario ad Phoeniss. 1286.  
Sequenti etiam lis obmoueri posset, ob librorum  
consensum in praecedentis versus finali voce ἔχει,  
quam in ἔχειν mutari oportuit, ut cohaereret phralis.  
Sed postremum illum versum quam maxime retinen-  
dum censeo.

782. Mallem abesset hic versus, quem vix ge-  
nuinum esse reor. Videtur confictus e v. 1060.

784. Vulgo legitur:

πέμψω γὰρ αὐτές δῶρ' ἔχοντας ἐν χεροῖς  
λεπτόν τε πέπλον καὶ πλόκον χρυσῆλατον  
νύμφη. Φέροντας, τόνδε μή Θευγειν χθόνα.  
Hoc unum versum vitium cum Valckenario, loco  
ad v. 778. laudato, pro spurio habeo, et in primo αὐ-  
τῇ pro αὐτές scribendum censeo. In medio γέρος  
praefuerunt membranae.

791. παταντεῖο. Sic membranae.

804. ἐποὶ πατηνού πατηνος. Hic est verborum or-

do in membr. et Florent. editione, vulgato concin-  
nior. Vide infra 1386.

815. σῶ πᾶδε. Sic membr. et Lascaris.

817. σὺ δ' αῦ γένοι ἄν. Vulgo legitur, σὺ δ'  
αῦ γένοιο γ' — Absque ulla auctoritate mutui, nec  
tamen me facit poenitet. ἄν et αῦ scio a librariis fa-  
pissime fuisse commutata, et inertem particulam γε  
impendio odi. (Beckius vulg. sequitur.)

818. οἱ ν μέσω λόγοι. Membranae δύν μέσω,  
quod si forte primis Editoribus se obtulisset, non  
dubito quin adripiissent, ut in Soph. Oed. T. 939.  
1046. δύπτιχάριοι, ubi recte edidimus οἱ πτιχάριοι.

828. Hic et in antithetico versu membr. et Lascar-  
is ἀει exhibit. Mox v. 832. membr. Μέσως λέ-  
γεται, qua vocum dispositione accuratius aequantur  
metra.

834. Membr. τῇ καλλινάξ τ' ἀπὸ Κ. ἔσαι;. Supra emendauit eadem manus ἔσαι.

837. Vulgo μετρίας ἀγέμων ἡδοπνόες αὔρας.  
Penultima vox in membr. omissa. Mox v. 844. illae  
et Lascaris ἀρετᾶς praestant. (Beck. vulgatam se-  
quitur.)

846. πόρος ex emendatione Musgrauii est. V.  
seq. πόμπικος praebent membranae. (Beck: ἦ  
πόλις.)

855. (Beck: π. δ. θ. ἦ. Φρεσίν, ἦ χ.)

861. Membranarum scripturam exhibuimus.

864. Vulgo ἐν τλήμονι θυμῷ. Membr. et La-  
scaris ἐν omittunt, quod profecto non magis neces-  
sarium est, quam repetitum μὴ in antithetico versu.  
Vtrumque expunxi. τλάμονι habent membranae.

870. Φέρειν εἶκός σ' — sic optime membra-  
nae. Vulgo εἶκός γ' —

873. Βελεύεστιν. Sic membr. et Lascaris.

881. ἐννοήσασ' — sic membr. In νοέω et com-  
positis actiuum et passiuum promiscue usurpantur.  
Soph. Trach. 580. τέττ' ἐννοήσασ', ω̄ Φίλαι.

883. (Beck: ν. ἐν σ' επ.)

900. (Beck: ἄρ, ω̄ τ., ἔτω, καὶ π.)

909. Libri omnes veteres, παρεμπολῶντος, quod, nisi ex glossemate ortum fuerit, vnde venerit diuinare nequeo. Adscriptum hoc olim fuisse arbitror ad interpretandam aliam lectionem, quae non amplius comparet, παρεμπολῶντά γ' ἀλλοίς πόσιν. Latinorum ablatiuus ab solitus graecis saepe per quartum casum exprimitur. Sed Aldinam lectionem praefero.

911. ἀλλὰ νῦν χρέων. Sic membranae.

913. ίματη δὲ — vulgo ίμιν. Einendauit Valckenarius ad Phoeniss. 1475.

927. γυνὴ δὲ Θῆλυς. Sic membr. Θῆλυς hic sine respectu ad sexum significat ἀσθενής, ut rursus ἀρσηνὴ saepe fortē notat. Opponuntur in Or. 1208, 1209. Nec ille, nec Soph. versus in Trach. 1064.

γυνὴ δὲ, Θῆλυς θεται, οὐκ ἀνδρὸς Φύτιν.  
nec quiuis alias similis locus obmoueri potest contra rationes, quibus inductus in Androm. edidi v. 23.

καχὺς δόμοις τοῖσδε ἄρσεν ἐντίκτω γόνον.  
ἀρσηνὴ γόνος, ἄρσεν τένον, Θῆλυ τένον, genuinae sunt locutiones; sed de nascente puerō, vbi ἀρσηνὴ nihil aliud quam sexum notat, et ad corporis vel animi robur transferri nequit, ἄρσενα κόρον si quis dixerit, inepte eum locutum fuisse quoquis pignore contendam. Membranarum lectionem vulgatae, ut suauorem, praetuli. Huic, praeter infinita alia similis structurae vbiuis obvia exempla, patrocinari possit istud Sophoclis in Aiace 580. καρτα τοι Φιλοίκτισον γυνὴ. In illa structura subauditur substantivum χρῆμα, cuius et expressi alia extant exempla, vt Or. 70. ἀπορον χρῆμα, δυστυχῶν δόμος. Eleganter dictum, γυνὴ Φιλοίκτισόν εῖτι χρῆμα. Non ita placet, γυνὴ Θῆλυ εῖτι χρῆμα. Praeterea non ad unicam formulam adstringendi sunt Poetae nostri, quibus, vt nobis, venustum quid esse videbatur sermonis varietas.

928. Membranae etiam τί δὴ τάλαινα. Vulgata praestat, quam qui mutarunt, non id eos facile credo, ne periclitaretur metrum, cui non adeo studiose cauebant librarii. Praeterea λίστα prima pro-

ducta satis frequens et notum. Exempla protuli ad Androm. 860. quibus haec addantur: Troad. 68. Phoeniss. 593. Prom. 123.

932. μησθήσομαι. Melior lectio in membr. minio superscripta: γε μεμνήσομαι, quod omnino recipi debuit. Vide notata ad Prom. 846. et 865. Hoc paulopostfuturum in Hippol. 1472. legitur:

ώς πολλά, Κύπρι, σῶν καπῶν μεμνήσομαι.

933. ἀποστέλλει. Sic membranae, Lascaris, et Valckenario teste ad Phoeniss. 790. Florentinus codex.

938. Malleum, πᾶδας δ, ὅπως — (Beck. ἐπτραφῶσιν.)

942. Vulgo legitur, πᾶδας τῆνδε μὴ Φεύγειν χθόνα. Nauseam movet toties repetita haec clausula τῆνδε μὴ Φεύγειν χθόνα, hic praeferunt, quum post duos interiectos versus iterum recurrat. Sed in hoc loco nullus dubito, quin oscitantiae librarii debeat. Alteram formulam Euripideam, et longiori ab hoc verso dissitam interuallo, reposui. Vim autem non mediocrem sententiae tribuit pronomen τας. Iisdem fere verbis usus Iason ad nouam nuptiam infra v. 1115.

δέξῃ δέ δῶρον, καὶ παραπίση πατρὸς

Φυγας ἀΦένον πασὶ τοῖσδε, εἰμὴν χάριν.  
et Paedagogus v. 1003.

δέσποιν, ἀΦέντα πᾶδες οἵδε τοι Φυγῆς.  
Si cui haec emendatio parum necessaria, minus certa, aut non ita, ut mihi videtur, elegans celebitur, per me licet vulgatam retineat lectionem. (Beckius vulgariter retinet.)

952. ἀνδρός τ' αρίστα. Sic recte membranae, vbi hic versus in textu omissus ad marginem repositus legitur.

970. μὴ Φεύγειν. Sic membr. et Lascaris.

977. εἴς Φόνον. Sic membr. et Florent. editio. Haec mox δέξεται δύσανος, typothetae errore, quem corremus. Vulgo minus bene δέξεται δύσανος. Sic in Hippol. vbi vulgo legebatur v. 1077. ποτὶ δῆται πλημμων, e membr. nostris Valckenarius bene rece-

recepit τοῖ δῆθ' ὁ τλήμων. Vīm addit et affectum auget articulus.

982. Vulgo legebatur ταῦτα τῶν χεροῦ λα-  
βέσσα, quod manifesto depravatum est, sed recentio-  
rum editorum culpa. Tantum sibi confidit Musgra-  
vius, ut haec maluerit ex ingenio emendare, quam  
ex veterum librorum fide. Sed successu caruit mi-  
nus cautum consilium. Nos, ne litera quidem mu-  
tata, lectionens Aldinae editionis reuocauimus:

Ἐκινθᾶ δ' ἀμφὶ κόμην

Θήσει τὸν Αἰδα κόσμον,

αὐτὰ τῶν χεροῦ λαβέσσα.

Membr. αὐτὴ χεροῖν: Lascaris αὐτὰ χεροῖν.

984. πάπλων. Sic membr. et Lascaris.

989. προσλήψεθ'. Defunt hae voces in membr.  
et in Florent. editione. Vulgo προσλήψεται. (Be-  
ckius vulg. restituit.)

992. κηδεμῶν. Glossa, γαμβρέ.

995. Mira in membr. lectio: ἀλόχῳ τε σῷ συγε-  
ρᾷ συγερόν.

1003. (Beck. οἴδε σοι Φ.)

1006. Post hunc versum vulgo leguntur isti:

τί σὴν ἔτρεψας ἔμπαλιν παρηδά,

κέν αὐσμένη τόνδ' ἐξ ἐμὲ δέχῃ λόγου;

extant supra 922. vnde, priori paulisper immutato,  
inepte repetiti sunt. Manifesta fraus interpolatoris:  
recitato v. 1006. nihil addere debet Paedagogus.

1011. τί δῆ. Membr. et Lascaris τί δας. Has  
particulas librarii, vtramque eodem efferentes sono,  
facile commutare potuerunt. Nescio an δας in sena-  
rio Tragico locum habuerit. Legitur quidem, sed  
in locis vnde eximi aut debet aut potest. Sophoclis  
in Antigone versus 318. a nobis fuit emendatus:  
vide notata ad Prom. 1031. In Iph. A. 1453. 1457.  
τί δῆ non minus quam τί δας scribere potuit Poeta.  
δῆ hic valet obsecro te. Meo iudicio non praestat  
τί δ' αὖ.

1012. πολλὴ μ' ἀνάγκη. Scilicet δικαιοδόσεῖν, quod  
verbum e praecedenti versu repetendum. In Phoeniss.

1689. Antigonae cum indignatione nuptias Creontis filii abnuenti hoc versu,

*ἢ γὰρ γαμένας ζῶσα παιδὶ σῷ ποτε;*  
respondet Creon:

*πολλὴ δ' ἀνάγνη. ποι γὰρ ἐκφεύξῃ λέχος;*  
E pravo codice veterem lectionem mutauit Barnesius, cuius iudicium flocci non facio, nec memoratu id dignum censerem, nisi, quod valde miror, doctissimi Valckenarii ad sensum tulisset. *πολλὴ σ' ἀνάγνη* praestant membr. Regiae et Augustanus codex, in quo adposita glossa, *ἥγεν γαμηθῆναι*. Quia formula *πολλὴ γ' ἀνάγνη* saepenūmero recurrat, non inde sequitur, illam vbiunque obtrudendam esse, nec aliter ab Atticis Poetis scribi potuisse. Quod autem in Florent. cod. legitur *πολλὴ τ' ἀνάγνη*, non illud e *πολλὴ γ' deprauatum* est, sed e *πολλὴ σ'*, quod e Suida, V. *ταρβεῖν*, restituendum Sophocli in Oed. Col. 293.

*ταρβεῖν μὲν, ὡ γερωὲ, τὸν θυμήματα  
πολλὴ σ' ἀνάγνη τάπο δεῖ.*

Vbi itidem primariae editiones mendose exhibent, ut in Phoeniss. Florent. codex, *πολλὴ τ' ἀνάγνη*. Eadem primariae editiones, Aldina scilicet et Iuntina, recte *πολλὴ σ' ἀνάγνη* praeferunt in Trach. v. 295. ubi lectionem corrupti Turnebus, edendo *πολλὴ δ' ἀνάγνη*, quod per ceteras deinceps editiones propagatum fuit, Venus in Hippol. prologo ait:

*τέτοιοι μέν τυν δὲ Φθονῶ. τί γὰρ με δεῖ;  
Subauditur Φθονῶν. Eadem est ellipsis. Sane pro vniqa triplicem loquendi formulam habemus, *πολλὴ γ' ἀνάγνη*, *πολλὴ σ' ἀνάγνη*, et tertiam inserto pronome.*

1014. *κατάξη*. Egregia et quantius pretii sagacissimi Musgrauii emendatio est, qua, vt nihil verius, ita magis ingeniosum nil potuit excogitari. Felices huiusmodi in Euripidem prolatae coniecturae non paucae Poetam magis exornant, eiusque studiosos non minus iuvant, quam multa commentatorum ampla volumina, Oxoniensibusque operis duo-

duodecim circiter millium mendorum veniam impre-  
tent. Quo sensu κατάξῃ hic positum, non apud  
historicos tantum obuium. Extat in Aesch. S. Th.  
649. κατάξω τάνδρα τόνδε, καὶ πόλιν ἔξει, πα-  
τρίων δωμάτων τὸ ἐπιστρόφας. et 662.

1028. Andromache apud Nostrum Troad. 759.

διαισχυῆς ἄρα

ἐν σπαργάνοις τε μασός ἔξεθρεψί ὁδε  
μάτην δ' ἐμόχθεν, καὶ κατεξανθην πόνοις.

1057. ἐνεῖ. Glossa, ἐν Αἴγαναις.

1061. Hic et sequens versus iterum leguntur in-  
fra post versum 1239. repetiti. Semel tantum ab  
Euripide positos fuisse inter omnes conuenit, sed  
viro in loco, in diuersa abeunt eruditorum senten-  
tiae. Ego cum Valckenario censeo, ex hoc loco in  
alterum male fuisse translatos.

1062. ιτενέμεν γ'. Sic bene Lascaris, qui et v.  
seq. πέπτωται. Cum pulcherrima hac ἔντει con-  
ferri meretur fragmentum e Neophronis Medea, Sto-  
baeo seruatum, titulo de Ira, Florit. Grotii, p. 107.  
quod et MS. codice emendatum hic exhibemus:

Εἰεν. τί δράστεις, θυμές βάλευσοι παλῶς,  
πρὶν ή̄ ξαμαρτεῖν, καὶ τὰ προσφιλέσαται  
ἔχθισα θέσθαι. πῦ ποτ' ἔξηξας, τάλας;  
κατισχε λῆμα καὶ σθίνος θεοσυγέες. —

5 καὶ πρὸς τι ταῦτ' ὀδύρομαι, ψυχὴν ἐμὴν  
ορῶσ' ερημον, καὶ παρημελημένην

πρὸς ὧν εχεῖν τηνίσα; μαλαθαῖοι δὲ δὴ  
τοιαῦτα γιγνομεσθα, πάσχοντες πανά;

8 μὴ προδώτεις, θυμὲ, σωτὸν ἐν πανοῖς.  
οἱ μοι, δέδοκται. παιδες, ἐπτὸς ὅμματων

ἀπελθετ'. ηδὸν γάρ με Φοινία μέγαν  
δέδυνε λύστα θυμὸν. ὡχέρες, χέρες,

πρὸς οἷον ἔργον ἔξοπλιζομεσθα; Φεῦ  
τάλανα τόλμης, ἡ πολὺν πόνον βραχεῖ

15 διαφθερεῖστα τὸν ἐμὸν ἔρχομαι χρόνῳ.

Aliud ex eodem Neophronis dramate fragmentum,  
Grotio omissum, profert Scholiaates ad Nostri Me-  
deam 671. quod valde corruptum sic emendat prae-  
stan-

stantissimus Valckenarius ad Phoenissas 709. Sunt autem verba Aegei ad Medeam:

Καὶ γὰρ τινὲς αὐτὸς ἡλυθον λύσιν μαθεῖν  
σὺ. Πινθίαν γὰρ ὅσσαν. ἦν ἔχετε μοι.  
Φοίβος πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμηχανῶ.  
τοι δὲ εἰς λόγιας μολὼν ἄρετος ἡλπίζον μαθεῖν.  
1070. (Beck. Φίλατά τον τέμοι σώμα.)

1086. Mein. et Lascaris παῦρον δὲ δῆ — Vulgo male legitur, soluto anapaestorum nexu, παῦρον δῆ γένος ἐν πολλαῖσιν.

1098. Membr. γλυκερὸν βλάσημ', ὁρῶ μελέτη.  
Vide notata ad Aelch. S. Th. 784.

1102. Membr. εἴτ' ἐπὶ Φαῦλοις. An et quomodo differant Φαῦλος et Φλαῦρος non consentiunt Grammatici. Vide Interpretes ad Ael. V. H. I. 28. Φλαῦρος, si per ἀναγραμματισμὸν ex Φλύαρος ortum esset, et huius retineret significationem, non male in Androm. 864. scriberetur:

Φλαῦροις γυναικὸς βαρβάρῃ πεισθεῖς λόγοις.  
vt apud Soph. legitur Ai. 1162.

ἀνδρὸς ματαίς Φλαῦρ' ἐπη μυθημένα.  
Sed haec Grammaticorum Φλυαρίαι sunt. Moeris:  
Φαῦλον καὶ Φλαῦρον, Αρισοφάνης ἀμφότερα κατὰ τὰς αὐτὰς σημανουμένα.

1108. σῶμά τ' εἰς ἥβην ἡλυθε τέκνων. Sic membr. et Lascaris. Pro concinno versu durum et asperum dedit Aldus, quem ceterae retinuerunt editiones:

σώματά τ' εἰς ἥβην ἡλυθε τέκνων.

1118. οὐδὲ δῆ. Sic membr. et Lascaris. Vulgo καὶ τοι. Valckenar. ad Hippol. 1151. praefert οὐδὲ μήν.

1120. δείκνυσιν ὡς τι. Sic membr. et Lascaris. Vulgo δείκνυσι δέ —

1123. λιπόσ'. Suadet Medeae nuncius, ut vel maritimo vel terrestri itinere fugam quam citissime capessat, vetatque ne aliquorsum diuertat, forte quia credit persecuturos eam siue a Corinthiis, siue a Iasoni mittendos satellites. Igitur fuge, nūt, ita celeriter, ut nauem orae non appellas, nec plaustrī cursūm sis, donec in ruto sis. Non abstrusus verborum sen-

sensus, et quid sibi velit λιπῆσα abunde liquet.

1134. λέξον δ' ὄπως. Sic membr. et Lascaris. Enotatam hanc e Florent. codice probauerat, sed frustra, Valckenarius ad Hippol. 723.

1141. κυνέη hic et v. 1207. praefens, non imperfectum. Sic in narrationibus variari temporasciunt, qui paullo attentius Tragicos legerunt.

1150. Membranarum lectionem, vulgata non deteriorem, repraesentauit.

1177. ες πατρός Sic membr. et Lascaris. Vulgo, sic.

1181. Admissa sagacissimi Tyrwhitti emendatione et Musgrauii interpretatione, sic locus hic, cuius vulgo corrupta scriptura, constitui debet. Egregiae restitutionis laus integra ingenioso Britanno tribuenda. ξ in compositione editores et interpres saepe fellit. In Sophoclis Trach. 966. optime Heathius legit:

Ἐνών γὰρ ἔξαιρος ἦδε τις Βάσις.

τὰ δ' αὐτὸν Φορεῖ νῦν;

Quod ibi vulgo legitur ἔξαιρος sensu caret. In Apollonidae Smyrnaei Epigr. XXIII. vbi veteres editiones omnes iuxta Vatic. membranas exhibent:

Ιχθυοθηρῆρα Μενέσερατον ὠλεστεν ἄγρη,  
δένανος ἔξαιρις ἐν τριχὸς ἐλκουμένη.  
sagaciter coniecit Vir politissimus, qui in Bibliotheca Vniuersali Germanica Analecta mea recensuit, de que illis iudicium tulit, non ut Francofurtanus ille, quicum mox verba aliquot commutauit, sed quale liberale decebat ingenium, scriptum olim fuisse ἔξαιρης vel ἔξαιρίτε, quod profecto multo verisimilius est, recepta in editionibus Brodaci et Stephanii emendatione, ἵππεις.

1192. ἀρηρότως. Sic membr. et Lascaris. In illis adposita glossa, ἀσφυλῶς. Vide notata ad v. 323.

1194. μᾶλλον, δἰς τόσως τούτου ἐλάμπετο. Sic optime membranae. Florent. editio, δὶς τόσον τούτου. Male vulgo τόσον δ'

1195. ες ἔδας. Sic membr. et Lascaris. Vulgo ἔπι.

1205. In hac senarii sede nihil interest, scribatur προσπίπτει, an προσπίπτει. Hoc praeferunt mem

membranae. Eaedem v. seq. cum Florent. editione exhibent περιπτύξας δέμας, quod praeferri non debuit: Creon περιπτυξε τῇ θύγατρὶ τὰς ἔσυτάς χέρας, ut apud Sophocleum Oed. Col. 1611. πτύξας επ' αὐταῖς χέρας, εἶπεν — Andr. 417.

καὶ πατέρι τῷ σῷ, διὰ Φιλημάτων ίῶν,  
δάκρυα τε λείβων, καὶ περιπτύσσων χέρας,  
λεγεῖ —

1208. Membranis et Florent. editione auctori-  
bus pronomen in suam sedem transstuli.

1218. χρόνῳ δ' ἀπέσβῃ. Corrupte vulgo ἀπέσ-  
τη. Certissima emendatio est Valckenarii Diat. Eu-  
rip. p. 57. Timaeus in Platon. Lex. ἀπέσβῃ, τέθνη-  
κεν.

1221. ποθεινή δακρύσσει συμφορά. Coniicit Musgrauius ποθεινή βασιλάνοισι, quod, et si vul-  
gato melius, non tamen omnino satisfacit. Vertit: calunitas inimicis grata. Strictius: opribilis invidis ca-  
lamitas. Parum appolita mihi videtur inuidorum hic  
mentio. Miserationem magis commoueret, si dice-  
ret Nuncius, inimicis etiam flebilem illam calamitatem  
esse; ὡς καὶ παρ' ἔχθροις ἀξία θρήνον τυχεῖν, ut  
ait Tecmessa apud Soph. Ai. 924. Nondum succur-  
rit quid bene reponi possit.

1228. Genuinam horum versuum lectionem e tra-  
gico centone, cuius auctor Gregorius Nazianz. fer-  
tur, restituit Valckenarius ad Hippol. 750.

1230. (Beck. εὐδαίμων δ' ἄγε ἔ.)

1233. Membr. συμφοράς. Lascaris συμφορᾶς.  
Non male scriberetur, ὡς σὲ συμφορᾶς οἰτείσομεν.  
Imo hoc eleganter esset. V. seq. εἰς Αἰδης πύλας ε  
Membr. et Florent. editione recepi: vulgo δόμας.

1245. ὡς σΦ' ἔτικτες. Quod inferui, pronomen  
facile excidere potuit, (Beck. ὡς ἔτ. et v. antec.  
μηδ' ἀναμ.)

1255. (Beck. θεῶν δ')

1268. χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς δμογενῆ μιάσματ.  
Confer Aesch. S. Th. 683. Distinguendum erat post  
haec verba, quibus absoluitur sententia. Mox

συν-

συνῳδὰ paeferunt membr. et Florent. editio: haec praeterea πιτνεντ' habet, quod in πιτλεσ' mutauit. Haec ita vulgo scripta leguntur, vt nullus ex iis sensus elici possit.

1282. Hunc et seq. versum edidi, prout scripti sunt in membranis, quae et v. 1289. δυον τε habent.

1316. τὴν δὲ τίσωμαι Φόνω. Sic. membr. Vulgo τίσωμαι δίκην. Non deterius esset τίσωμαι Φόνω.

1351. μαράν γ' ἄν. Sic euphonise, non metri, gratia scribendum. Membranae μαράν δ' ἄν, frequenti librariorum errore δὲ pro γε posito. μαράν, vt cetera adverbia in γε desinentia, ultimam producit. Vide supra 1158. Or. 847. Phoeniss. 917. Aeschyl. Prom. 312. Soph. El. 323. Oed. T. 998.

1356. προσθεῖς γάμους. Sic bene Lascaris, et Florent. codex, teste Valckenario ad Phoeniss. 583. perperam membr. προσθεῖς γάμου.

1362. σαφ' ισθι. Scilicet αὐτὴν με λυπεῖσθαι, καὶ παιῶν παιώνων εἶναι. ἀλλὰ λύει ἀλγος, ἢν σὺ μη γελάσῃ. Aduersarium enim est δὲ et valet ἀλλά. Nihil itaque in scripture huins versus contra veterum librorum fidem mutandum.

1366. σοὶ abest a membr. Scribi etiam potuit:  
ἀλλά ὑβρις ἡ σὴ, χ' οἱ νεοδιῆτες γάμους.

1395. Vulgo legitur: σείχω διστῶν γ' ἀμορος τένων. Sic positum γε proriū otiosum est, nec illud agnoscunt membr. in quibus perperam scriptum ἀμορος. Particulam retinuisse, si positam hoc modo reperisse:

σείχω διστῶν ἀμορος γε τένων.  
ἀμορος occurrit apud Nostrum Hec. 421. ubi vulgata meliore in membranae nostrae exhibent lectionem:

ἥμεις δὲ πεντήκοντά γ' ἀμοροι τένων.  
Hesychius, incertum illucne, an aliorum respexit: ἀμορον, ἀμέτροχον.

1396. ἐπτὸ θεῆναι. γῆρας σε μένει. Vulgatum θεῆναι minus commodum sensum praebet, et clausula μένει καὶ γῆρας metro adversatur.

1399. φ' μοι. Sic membr. Reliquorum corrup-

ta est scriptura, quod editoribus animaduersum non fuisse miror. Negat summus Hemsterhusius ad Luc. T. I. p. 414. ex ingenio linguae *medium προσπτύσσεσθαι recte cum datiuo construi.* Quibus contrarium persualum fuit, Budaeus et H. Stephanus, Sophoclis versum proferre poterant ex Antig. 1237. ubi vulgo legitur *παρθένω προσπτύσσεται*, quod a nobis recte emendatum fuisse confidimus. *Passum προσπτύσσεσθαι* cum datiuo occurrit apud Soph. Trach. 769. Sed hic noua, insolita, ab vsu loquendi et norma prorsus abiliorrens occurrit phrasis, *χρήστῳ προσπτύξασθαι Φίλια σώματος πάδων*, quam ne graecam quidem esse certus pronuntio. Nimis verecundum fuisse me poenitet: corruptelam istam in textu relinquere non debebam. Scripsit Poeta:

ὦ μοι Φίλια χρήστῳ σώματα  
πάδων ὁ τάλας προσπτύξασθαι.

In Phoeniss. v. 1686. legitur:

ὦ Φίλτατ', ἀλλὰ σόμα γε σὸν προσπτύξομαι.  
Hic σώματα non recipit metrum, nisi verborum invertatur ordo:

ὦ μοι Φίλια σώματα χρήστῳ.  
Quod et genuinum etiam esse possit: prius tamen praesero.

1411. τέκν' ἀποτείνατ'. Sic membranae.

1418. εὗρε Θεός. Sic bene membr. et Lascaris, ad metri legem. Confer notas in Andromachen. Nec aliter legitur in Stobaei cod. Ms. et in Floril. Grossii p. 465.

Stobaeus tit. περὶ νηπίων hos versus habet, qui iuxta impressos libros e Nostris Medea excerpti sunt:

— τὸ θρέψαμ δ' ἐν βροτοῖσι πολλαῖς  
πλειά πορίζει Φίλτρα τὰς Φύσει τέκνα.

At nec in Medea leguntur, nec qui in ea locum habere potuerit ista sententia, video. In Regio Stobaei cod. praefixum his versibus lemma Βίοτες εἰς Μηδείας. Quod adponi debuit Poetae nomen, deprauatum est. Medeam docuere apud Graecos plures.